Morbio 24 (51)

.·. DE CONSENSV NRO .·.

# FRANCISCVS Marchio Mantuae etc.

Ne partes ommittamus ullas in Mco Ludovico guerrerio firmano Archicamerario nro charmo largitate, beneficijs, gratijs, et honoribus decorando, quo ab omnibus dignoscatur, quam nobis placeant eius probatissimi mores, immortalis et integra erga nos fides, ac demu eius amor in nos incorruptus, et singularis: Dignamur eu assumere in honoratu nome familie me. Per pns igitur decretu tanq princeps, et maior tocius domus me, pftu Ludovicu cu eius filijs, nepotibus, et pronepotibus in perpetua tempora gremio benignitatis me assumimus, et assumptos esse volumus ad nobilitatem familie me gonzage: Ita q in posteru nome gonzagum suis nominibus apponere possit licenter, rite, recte, iuste, et auctoritate sua: Et tanq recepti, et inserti familie me uti possint, eisde titulis, honoribus, favoribus, precedentijs, presidentijs, et immunitatibus, veluti ceteri ex stirpe, semine, et sanguine ipso nro antiquitus prognati, et vere oriundi uti consueverit: Ipsiusq domus antiquu insigne pingere, fingere, fundere, et tanq propriu gestare, et cu gentilicijs eor insignibus miscere in armis, vexillis, sigillis, vestimentis, et alio quocunq modo, ad eor libitum voluntatis, peculiariter aut Musarolam q aiunt vulgo, cu verbo cautius apposito, quod insigne sibi suisq propriu in sue ipsius Ludovici virtutis, taciturnitatis, fideiq erga nos incomparabilis testimoniu donamus, et donatu esse volumus: quibuscuq contrarijs no obstantibus. In quoru fidem pns nrum decretu fieri, registrari et sigilli nri appensione muniri iussimus: Dat Mantue penultimo Aprilis M. D vj.

Status gadius pti Illmi dni Marchionis Cancells ad eius Mantui Rne Mci dni Ptolomei primisecretarij scripsit.

Ptolemeus

Fuit Matteo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1860892132-10/fragment/page=0001

No 2 B.

LA DONA

AI MA

Morbio 24 (51)

1506
April 29

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1860892132-10/fragment/page=0002